Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-484747-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-484747-p0002-1

159

EPICEDION
SOLEMNIBVS EXEQVIIS
VIRI
SVMME REVERENDI AMPLISSIMI DOCTIS
SIMIQVE

IOANNIS ANDREAE WALTERI

THEOLOGIAE DOCTORIS
IN PROVINCIALI SCHOLA PORTENSI PASTORIS
ET COLLEGAE ECCLESIARVM IN DIOE
CESI PORTENI INSPECTORIS
PRAECLARE MERITI
DIE XVI. DECEMBR. CIↃIↃCCXLII.

DICATVM
AB
ALVMNIS PORTENSIBVS.

NVMBVRGI
LITTERIS BALTHAS. BOSSOEGEL. TYPOGR

159.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-484747-p0003-7

Eheu! ſeuera fronte neceſſitas
Caedes virorum caedibus aggrauat,
Templumque Musis dedicatum
Letifero labefactat ictu.

Lugebat omnis Pieridum chorus
Mortem magistri, qui sapientia
Ornatus insigni, per artes
Protulerat caput eruditum.

En! occidebat STVBELIVS ſacra
Lauro coruscus, quem meritis grauem
Flebant Camenae, Portaque omnis
Sollicito repetebat ore.

Tum cogitabam, quod Patientia
Sedare questus immodicos queat,
Et quod fugata nube tandem
Luce polus radiet serena.

Sed neſciebam praetrepidans metu
Armata clauis, ſaeua, trabalibus
Obducta nondum quod, dolendum!
Vulnera vis refricaret olim.

Sed mox cruento vulnera verbere
Recruduerunt, corruit, occidit
WALTERVS, ingens veritatis,
Euſebiesque decus fatiſcit.

An forte nobis, mitia ſidera
Nunc inuidetis vos ſapientiam,
Quae nata caelo eſt, et fidelis
Vsque comes pietatis haeret.

En! ara, nutrix aetherei foci,
Myſten peremtum luget, et anxia,
Quis fauſta, quaerit, derelicto
Attonito populo precetur?

Suggeſta templi, cum cathedra ſilent,
Velata peplo: triſtis obambulat
Ingens ſacerdotum caterua,
Quam pater atque ephorus fouebat.

Quid nos agamus? quos gremio tenet
Portae receſſus matris amabilis,
Quos cura praeſertim fatigat,
Diſcipulos pater heu! relinquis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-484747-p0005-8

Carum parentem, dulce decus scholae
Deflemus omnes; praesidium domus
Gens tota WALTERI requirit:
Ora rigant lacrimis amici.

Te, Te canemus laudibus aemulis,
Te, Te ſequemur, quum monitis Tuis,
Seram per aetatem, futuros
Instituisſe iuuat nepotes.

Corpus quiescat molliter in ſinu
Terrae: ſuperstes ſit meritis Tuis
Laus parta: mens et ſempiterno
Numinis intuitu fruatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-484747-p0006-4

78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148

TA-20L

607

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-484747-p0007-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-484747-p0008-5

EPICEDION
SOLEMNIBVS EXEQVIIS
VIRI
SVMME REVERENDI AMPLISSIMI DOCTIS
SIMIQVE

IOANNIS ANDREAE WALTERI

THEOLOGIAE DOCTORIS
IN PROVINCIALI SCHOLA PORTENSI PASTORIS
ET COLLEGAE ECCLESIARVM IN DIOE
CESI PORTENI INSPECTORIS
PRAECLARE MERITI
DIE XVI. DECEMBR. CIↃIↃCCXLII.
DICATVM
AB

ALVMNIS PORTENSIBVS.

NVMBVRGI
LITTERIS BALTHAS. BOSSOEGEL. TYPOGR

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-484747-p0009-4